Me S tatim ut occecatus pre huiuſ corporis candorib;
EROTIVM MVLIER. PENICULVS PARASITUS. MENECHINVS ADOL.
A nime mei Menechine ſalue quid ergo ex̃ numerum eſ mihi
Me idem iſtuc aliiſ aſcriptiuiſ ad legionem fieri ſol&
E go iſtic mihi hodie apparari iuſſi apud te prelium
H odie id fieri nec uterque pro ilio potabimus
V ter tibi melior bellator erit inuentus cantharo
T u eſ legio adiudicato cum utro hanc noctem ſieſ.
V t ego uxorem mea uoluptas ú te aſpicio odi male
Ero I nterim nequis quin eı̃ aliquid indutus ſis
Q uid hoc eſt induuię tuę atque uxoris exuuię roſa
S uperas facile ut ſuperior ſis mihi q̃ quiſquaȝ qui impetrat
Pe M eretrix tantiſper blanditur dum illud quod rapiat uid&
N am ſi amabas iam oportebat naſû abreptuȝ mordicuſ
Me S uſtine hoc penicole exuuiaſ facere q̃ ſuauium uolo
Pe C edo. Me ſed obſecro hercle ſalta ſic cum palla poſtea
Pe E go ſaltabo. Me ſanus hercle non eſ. Pe ego ne an tu magiſ:
Me S i non ſaltas exi igitur nimio ego hanc periculo
S ubrupui hodie meo quidem animo ab ypolita ſubcinguluȝ
H aud herculeſ ęque magno unquam abſtulit pericvlo
C ape tibi hanc quando vna uiuis meiſ morigera moribuſ
H oc animo decet animatos eſſe amatores probos
Q ui q̃dem ad mendicitatem ſe properent detrudere
Q uatuor miniſ ego emi iſtanc anno uxori meae
Pe Q uatuor minae periere plane ut rõ redditur
Me S cin quid uolo ego te accurare. Ero ſcio curabo q̃ uoleſ
Me I ube igitur nobis trib; apud prandium accuratier
G landionicam ſullam laridum pernam itidem
A ut ſinciput aut menta porcina aut aliquid ad eummodum
M adida que mihi apposita in menſam miluinam ſuggerat
A tq: actutum. Ero licet ecaſtor. Me nos prodimus ad forum
I am hic noſ erimus dum coquit' interim potabimvs
Ero Q uando uiſ ueni parata reſ erit. Me propera modo
S equere tu. Pe ego hercle uõ te et ſeruabo et te ſequar
N eque hodie ut te perdam p̃meream deoꝝ diuitiaſ mihi
Ero E uocate intuſ cylindrum mihi coquum actutum foras.

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 125r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/125r)